

16238.

DE  
DISSOLUTIONE MORBOSA  
MEMBRANARUM TRACTUS  
INTESTINORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
QUAM  
CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI  
MEDICORUM ORDINIS

IN  
UNIVERSITATE CAESAREA LITERARUM  
DORPATENSI,  
UT GRADUM  
DOCTORIS MEDICINAE

RITE ADIPISCATUR,  
LOCO CONSUETO PUBLICE DEFENDET

AUCTOR  
*WOLDEMAR CAROLUS KUPFFER,*  
CURONUS.

.....

DORPATI LIVONORUM,  
TYPIS J. C. SCHÜNMANNI, TYPOGRAPHI ACADEMICI.  
MDCCCXXVI.



HERMANNO KUPFFER,  
PATRI,

NEC NON

CAROLO GUILIELMO CRUSE,  
PATRUO,

Imprimatur,

ea tamen conditione, ut, simulac typis excusa fuerit  
haec dissertatio, septem exemplaria collegio, cui censura  
librorum mandata est, tradantur.

Dorpati Livonor. d. xviii Mens. Novbr. MDCCCXXVI.

Dr. M. E. S t y x,

h. t. Decanus, professor emeritus,

AD CINERES USQUE PIE COLENDIS

D 17524

---

TENTAMEN HOCCE MEDICUM

D. D. D.

AUCTOR.

*Praefamen.*

De eligendo dissertationis themate diu deliberans atque haesitans, in secundo enchiridii Henkiani, de infantium morbis agentis, volumine hujus viri sententiam de incognita adhuc ventriculi dissolutione legi. Cum vero ventriculi ille morbus hucusque parum mihi notus esset, cumque curae, posteaque institutae cadaveris cujusdam, in nosocomio nostro defuncti, qui phihisi tuberculosa laboraverat, in quo etiam illa, jam commemorata, dissolutio inventa est, sectioni interfiussum: hunc morbum, a Professore, summe mihi venerando, Dr. L. A. Struve, morbi historiae adhibendae venia accepta, animoque ad

causalia dissolutionis ventriculi momenta attento, mihi describendum proposui. Sed etiam atque etiam Lectorem benevolum, qui hasce pagellas percurrere fortasse non dedignetur, rogo atque oro, ut difficultatum, descriptioni alicujus, qui raro tantum ab alio morbo sejunctus obvius est, morbi adhaerentium, rationem habeat, et indulgentiam suam huic opusculo recusare nolit.

### *Introitus.*

Dissolutio membranarum tractus intestinorum gelatinosa, praesertim recentissimis temporibus, frequentius observatus est morbus, qui in plurimis observationibus malum habuit eventum, et de cujus natura magis minusve idoneae opiniones propositae sunt. Dignum tamen admiratione est, ex prioribus sacculis, quibus multas cadaverum sectiones instituebant medici, nullam fere hujus morbi observationem nobis traditam esse. Qua in re, illud monendum mihi videtur, nisi forsitan perforatio adsit, tractum intestinorum extrinsecus, exceptis interdum nonnullis modo clarioribus, molescioribus maculis, ne ullum quidem mutationis vestigium in conspectum dare, et in quam multis casibus similibus literis mandari potuit, organa haec integra esse?

De ventriculi perforatione in scriptoribus etiam antiquioribus sat magnam exemplorum copiam invenimus. Ita ventriculum perforatum se

reperiase contendent modo vulneribus atque ulceribus, modo vermibus, modo venenis sumtis, modo sua sponte orta conditione humorum venenata, e. gr. bilis, quae exculcerationem intestinorum, imprimis autem fundi ventriculi, efficere, membranas deglubere ac perforare, et ita vitae inter convulsiones finem imponere traditur 1). Sed haec sejuncta sunt a re proposita.

Morgagnius casuum duorum mentionem facit, quos fortasse in his habere possimus, quorum quidem in altero 2): „Ventriculus, inquit, erat amplissimus, laxissimusque. Huic lumbrici inerant multi; tunica autem intima deerat ad spatium aliquod a sinistris in fundi posteriore facie.“ In altero autem haec habet 3): „Ventriculus autem, qua lienem spectabat, adeo tenuis, ut ne dimidium quidem ejus aequaret crassitudinis quum in reliquis partibus, illoque in loco ad superiora multis intus erat sanguineis punctis distinctus.“

Primum vero exemplum, quod certo jure ventriculis dissolutis adnumerari potest, Camerarius 4) protulit.

- 1) Paul. Zacchiae Quaest. med. legal. Erancof. MDCLXXXVIII. Lib. II., Tit. II., Quaest. VII., pag. 220.
- 2) Praxis medic. H. Boerhav., Pars II., p. 356, 284 etc.
- 3) Morgagni de sedib. et caus. morbor. Ep. XLIII. 22.
- 5) l. c. Ep. XXV. 2.
- 4) Ephemerid. natur. curios. Centur. Vet. VI. Anno 1717. Obs. XLIII. pag. 62.

Tum Gruikshank 5) ventriculi emollii ac disrupti observationem commemorat, hujusque morbi causam in vi vasorum absorbentium aucta ponit.

Postea Sandifort 6), in pueri modo nati cadavere repertum, ventriculum emollium atque disruptum diligentissime descripsit.

Medicus Balme nobis tradit casum morbi hujus, in puellula, quinque annos nata; observatum, et in: Journal de Médecine, mois Février, 1786, p. 246, vulgatum 7).

J. Hunterus 8) sub finem saeculi praeterlasi, in homine, egestate cibi perempto, tunica ventriculi perforati interna ad fundum in statu dissoluto inventa, id vi succi gastrici corroderenti adscripsit. Alphonse Leroy 9) sententiam Hunteri probans, praeterea adjicit: ventriculum nonnquam semetipsum digerere. Eodem tempore Hunterus, cum ad digestionem investigandam plura necasset animalia, membranas ventriculi conditione dissoluta et perforata reperit, praecipue si paulo ante mortem plus ciborum ceperant. Spalanzani 10), experimentis Hunteri repetitis, in

- 5) Hufel. Journ. d. pract. Heilke, Bd. 32. St. V., p. 26.
- 6) Ed. Sandifort, observat. ana. patholog. Lib. IV. cap. V. In Dissert. d. dissolut. ventr. auct. Goedecke. Berol. 1822. pag. 9.
- 7) Auserlesene Abhandlungen etc., XV. Bd., pag. 627.
- 8) Dictionaire des Sciences médicales. Tom. 40., pag. 331.
- 9) Eod. l., pag. 331.
- 10) Eod. loc.

piscibus tantum ventriculi tunicas mutatas ac delatas invenit.

Medici anglici A. Burnsi<sup>11)</sup>, Wilson Philip<sup>12)</sup> aliique Hunteri sententiam argumentis confirmare studuerunt.

Sic etiam Treviranus<sup>13)</sup>, unus ex pluribus Germaniae Physiologis, Huntero advenit, contenditque: etiam in pluribus insimarum classium animalibus, aliquamdiu in spiritu vivi repositis, ventriculum et vicina ejus organa, ceteris partibus adhuc integris, dissolutum se perisse.

A. L. Santesson<sup>14)</sup> tradit nobis historiam feminae, feбри inflammatoria defunctae, quae grāvīda ad pariendum vicina erat, et in qua paries ventriculi posterior perforatus marginesque aperturae dissolutae apparebant. Hunteri opinionem explodens assensum suum Cruikshank commodat.

Cel. Reil<sup>15)</sup> casum nobis narrat, ubi sectione parietem ventriculi anteriorem perforatum, et oesophagum ab diaphragmate usque ad vena-

rum pulmonalium saccum ita dissolutum invenit, ut vix quidem nonnullis fibris cohaereret.

Medicus Aillaud<sup>16)</sup> casus tres publici juris facit, in quibus non solum ventriculum, sed etiam intestinum tenue perforatum et emollitum se invenisse contendit.

Primum vero dissoluti ventriculi exemplum quod in Germania recentiore tempore observatum est, medicus quidam in comentariis Hufelandii enarrat<sup>17)</sup>.

Anno MDCCCXI. Jäger<sup>18)</sup> suas, pro diagnosi magna aestimatione dignas, observationes de ventriculi dissolutione in lucem edidit. Observavit autem, illi dissolutioni semper fere antecessisse morbum, eumque infantes tenerae aetatis saepius, quam adultos, corripuisse. Oppugnavit, quae Hunter proposita, et dissolutionem ventriculi durante vita jam perfici, demonstrare conatus est. Recentiores hac de re scriptores, Fleischmann<sup>19)</sup>, Massius<sup>20)</sup>, Meckelius<sup>21)</sup>, in opinionem ejus transierunt.

- 
- 11) Observ. on the digestion of the stomach after death. In Götting. Gelehrte. Anzeig. St. 43. 16. Maerz 1811.
- 12) Ueber d. Gesetze u. Funct. d. Lebens, aus d. Engl. v. Sonthheimer. Stuttgart 1822, pag. 122.
- 13) Biologie der lebenden Natur. Bd. IV. p. 347.
- 14) Auserlesene Abhdlg. etc. XIV. Bd., p. 453.
- 15) Krankheitsgeschichte des seel. Oberberggrath Goldhagen. Halle 1788. — In Reils Archiv f. d. Physiologie. Bd. IV. pag. 379.

- 
- 16) Richters chirurgische Bibliothek, Bd. XII., p. 623.
- 17) Hufelands Journal etc. Bd. XXII. St. 2., p. 28.
- 18) Hufel. Journ. d. prakt. Hkde., Bd. XXXII. St. 5. u. Bd. XXXVI. St. 1.
- 19) Fleischmann, Leichenöffnungen. Erlang. 1815. In Dissert. d. dissolut. ventr. auct. Goedecke. Berol. 1822. p. 11.
- 20) Mals. Diss. d. dissolut. membr. ventr. Hal. 1820. In Goedecke etc. pag. 11.
- 21) Meckel, Handb. d. pathologischen Anatomie. Bd. II. Abth. 2, p. 10 — 14.

Goedecke<sup>22)</sup> suspicatur, ventriculi illam destructionem nonnunquam ab intimo actu putrentium, aut saltem dissolutionem adjuvantium intestinorum, e. g. lienis, deducendam esse.

Rhades<sup>23)</sup> tres describens casus dissolutionis ventriculi, contendit, degenerationem non demum post mortem oriri, sed durante adhuc vita proprium ventriculi morbum se manifestum reddere.

In novo opusculo de Cruveilhier<sup>24)</sup> multas invenimus observationes de dissolutione ventriculi gelatinosa. Degenerationem hanc ei, quae, cum partes in aqua coquantur, existit, comparat.

Krüger<sup>25)</sup> duas nobis prodit historias dissolutionis et diruptionis ventriculi, opinionemque Jaegeri sequitur.

---

22) Goedecke, [Diss. d. dissolut. ventr. Berol. 1822 p. 65.

23) Horns Archiv f. medicin. Erfahrungen. Jahrgg. 1822. Bd. 2. p. 226.

24) Ueber die gallertartige Erweichung des Magens und der Gedärme; aus d. Franz. v. C. Vogel, Liegnitz 1823.

[ 25) Horns Archiv etc. Jahrgg. 1824. Bd. I. p. 107.

## CAPUT PRIMUM.

### *Morbi descriptio.*

Dissolutio canalis intestinalis gelatinosa teste Jaegero<sup>26)</sup>, Cruveilhier, aliisque, qui hac de re scripserunt, in infantibus plerumque, quatuor menses natos, pluresve usque ad annum et sex menses reperitur. Attamen observationes morbi hujus in pueris quoque et in adultis exstant. — Cel. Camerarius eundem morbum in puella quindecim annorum, Santesson in muliere triginta octo annorum, Reil in adulto, Ail-land in viro viginti septem et in muliere triginta quatuor annorum, medicus quidam in commentariis Hufelandii in puero sex annorum, Jäger in duobus adultis, Chaussier saepius perforationem ventriculi cum emollitis aperturae marginibus in infantibus, recens natis, et in mulieribus<sup>27)</sup> inter paricendum mortuis, observarunt. Octo denique aduulorum, hoc morbo affectorum, historiam Cruveilhier publici juris fecit.

Morbus noster modo repente et sine prodromis, id quod saepissime fit, modo etiam nunc brevior, nunc longior stadio prodromorum incipit.

---

26) Hufel. Journ. etc. B. 23, p. 8.

27) Dictionaire des Sciences médicales, T. 40. p. 328.

Subito morbo correpti statim appetitum edendi amiserunt, tum aut vomitum aut febrem continentem et vehementem, cum pulsu nimis accelerato, parvo et duro, postea tardiore, paulo ante mortem autem, cum effusorum in abdominis cavum intestinorum contentorum causa peritonitis accipisset, iterum accelerato et parvo, experti sunt; in complicationibus cum morbis cerebri pulsum tardum et irregularem se observasse sibi permasum habet Cruveilhier<sup>28)</sup>. Magna vixque satiables sitis et animus morosus in infantibus semper illa symptomata prosequuntur. Infantes, qui initio modo calidas, modo frigiditas habent extremitates et nonnunquam magno, imo etiam ardente cutis calore vexantur, incessabili clamore, pedum ad abdomen atraem, compressione dentium vehementi, clamore, manibus abdomen prementibus, aucto, statum abdominis, nonnunquam interrupte, nonnunquam continenter dolentem, indicant. Hi plerumque, cum manibus gestantur, tranquilliores fiunt; sic etiam majores nati, qui saepe acerbissimis, semper crescentibus ventris cruciantur doloribus, quorum causa jacent corpus seque curvant, remissionem eorum erecto corpore sedentes sentiunt. Abdomen, vel etiam regio tantum epigastrica, prout pars aliqua affecta est, plerumque molle, aut, quod rarius accidit, et plerumque serius, accedente peritonitide secundaria, inflatum et densum, saepe simul calidum invenitur; respiratio brevis atque frequens apparet; tussicula interdum brevis atque

28) Cruveilhier, l. c. p. 55.

sicca observatur, sicut in primo pneumoniae stadio, ubi secretio adhuc suppressa<sup>29)</sup>. Virium defectio et macies, quae secundum Cruveilhier<sup>30)</sup> praesertim in collo apparet, aut cito aut tarde crescut; facies pallescit et deformatur, atque omnino speciem propriam, qualis in abdominalis morbis adesse solet, accipit. Vel statim ab initio diarrhoea et vomitus adest, vel symptomata haec inter morbi decursum se ostendunt; in casibus, a Cruveilhier nobis communicatis, morbus semper cum diarrhoea et febre incipit, tametsi etiam obstructio inter totum morbi decursum observata est<sup>31)</sup>. Diarrhoea aliquo tempore ante mortem plerumque evanescere, vomitus contra ad horam usque ultimam crescere solet, saepeque miseri inter intentiones, ut vomant, diem obeunt supremum. Latex, vomitu editus, initio plerumque mucosus est et biliosus, postea tenuis atque colore atrorubro, omninoque eadem conditione, qua in cadaverum sectionibus in intestinorum tractu reperiuntur. Vomitus nullis remediis cessat, omniaque, quae ventriculus assumit, nisi minimae sint quantitates, statim rursus ejiciuntur. Excrementa, alvo dejecta, aut paribus subviridibus constant, aut pituitosa atque subfusca sunt. In excrementis saepe cibi summi cognosci possunt; nam incredibili celeritate intestinorum tractum percurrunt<sup>32)</sup>. Clamor, animi de-

29) Horns Archiv etc. Jahrgg. 1822. Bd. 2. p. 227.

30) l. c. p. 76.

31) Horns Archiv etc. Jahrg. 1822. Bd. 2. p. 246.

32) Cruveilhier, l. c. p. 77.



liquio in vicem saepe succedens, sensim sensimque in gemitum transit, aut aegroti supini distortis et semiclausis oculis obstupefacti jacent; sed clamore magno in breve tempus respiscunt. Debilitas, macies et faciei deformitas magis augentur; frigescent extremæ corporis partes, erumpit sudor frigidus; pulsus inæqualis atque tremulus fit. Aliquamdiu facies rursus calidior magisque rubra redditur, atque respiratio; quæ antea profunda fuit, nunc acceleratur; accedunt denique spasmi et convulsiones, et sic miseri mori occumbunt. Sæpe, cum per plures dies spes restituendæ sentiat jam adfuit, morbus subito ingravescit, et aegrotus aut inter convulsiones, aut nemine sentiente vitam amittit.

Morbi nostri prodromi statim febrilem universalem, aut interdum affectionem pulmonum inflammatoriam indicant. In diarrhoea cum dejectionibus subviridibus, mucosis, aut pulsi similibus, in minuto edendi appetitu, in vomitu consistunt; aut tussis brevis et sicca atque dolores in regione epigasirica et in abdomine, aut magna morositas antecedunt. Sæpe jam decimo vel quarto decimo die, interdum quarta vel sexta hebdomade atque etiam serius prodromi in morbum; jam descriptum, transeunt.

Quod ad tempus attinet, quo morbus noster decurrere solet, et hoc variare, e morbi historiis, quas perscrutati sumus, collegimus. In nonnullis acutissimis casibus morbus intra secundum et quartum diem, in aliis subacutis intra decimum et quartum decimum, in aliis chronicis intra quartam et sextam hebdomadem vitæ finem imposuit

Forma acuta morbi præcipue in infantibus neogenitis et octodecim menses natis, forma chronica magis in pueris atque adultis occurrere solet. Acuti nostri morbi sedes erat plerumque ventriculus, chronici intestinum crassum; validi autem et firmi infantes, qui repente lactis loco nutricis multis et gravibus cibis nutriti sunt, aut in quos causæ eæ, quæ omnino formam morborum acutam producere solent, vim exseruere, acuta etiam forma corripuntur; chronica autem forma homines, aliqua re debilitatos, invasit.

Symptomata, quæ supra enumeravimus, ad simplicis morbi formam pertinent. Rarius vero ea cuncta adsunt; ita interdum diarrhoea, rarius vomitus et febris desunt. Puella, cujus Balmé 33) mentionem facit, semel tantum cibos glutinosos evomit, nec diarrhoea laboravit. Nulla ei adfuit febris; pulsus interea debilis atque tardus fuit; in abdomine tantum doloribus misera laboravit. In primo casu, quem Rhade 34) enarrat, nullus vomitus, tussis autem vehementis et sicca reperta est. Jäger, Cruveilhier et Rhades casus observarunt, ubi alvi dejectiones non nisi clysmatum ope evocari potuerunt. Febre liber erat, ab initio saltem, puer sex annos natus, cujus in commentariis Hufelandii, Val. XXII. pas. II, mentio facta est. Exstant etiam apud scriptores exempla, ex quibus infantes sine convulsionibus 35)

33) Auserlesene Abhandlungen etc. Bd. XV. pag. 627.

34) Horns Archiv etc. Jahrg. 1822. p. 228.

35) Hufel. Journ. etc. Bd. 32. St. 5, pag. 16.  
Hufel. Journ. etc. Bd. 36. St. 1, p. 26.

interierunt: his in casibus intestinorum tractus non perforatus erat, nihilque in abdomen effusum, id quod in aliis casibus verisimiliter peritonitidem secundariam quae convulsionum causa esse videatur, protulit.

## CAPUT SECUNDUM.

### *Morbi diagnosis.*

Dissolutionis tractus intestinorum diagnosis, praecipue aliis cum morbis complicatae aut in decursu aberrantis, multis premitur difficultatibus<sup>36)</sup>; nihilominus tamen Jaegerus<sup>37)</sup> et Cruveilhier, se exitum e forma morbi saepius praedixisse, confirmant; nec minus posterior casus nonnullus commemorat<sup>38)</sup>, ubi morbum, in his casibus chronicum, sanavit.

Omnium frequentissime intestini ista morbo-  
sa conditio, ut e medicorum observationibus elucet, cum hydrocephalo acuto sese conjungit Jägerus<sup>39)</sup> complicationis talis nonnulla exempla affert, ubi, durante vita, ventriculus nullum symptomata morbi alicujus edebat. Sed exstant etiam exempla, ubi in vita ventriculi mor-

bus praevalebat, in sectione autem abnormitates cerebri occurrerant. Porro casus divulgati sunt, ubi ambo morbi, durante vita, sunt cogniti<sup>40)</sup>. Fortasse casus<sup>41)</sup>, cujus supra mentionem fecimus, in quo cerebri quidem affectio non cognita est, morbi enarrati autem decursus rem hanc probare videntur, huc referendus est. In infantibus praeterea morbum nostrum cum dysenteria et diarrhoea, cum tussi convulsiva, atque in adultis cum pleuroperipneumonia et pneumonia conjunctum, Jaegerus<sup>42)</sup> et Cruveilhier<sup>43)</sup> observaverunt; ille<sup>44)</sup> insuper casum memorat, quo aegrotus per aliquot annos jam saepius haematemesi laboraverat. In omnibus vero, quos modo indicavimus, casibus, ob has ipsas complicationes, ventriculi morbum, dum aegroti vivebant, non suspicatus est medicus; id quod ostendit, quam difficilis diagnosis complicationibus fiat. Cruveilhier<sup>45)</sup> porro morbum simul cum diarrhoeis febribusque intermittentibus epidemicum, cumque dissolutione pleurae gelatinosa<sup>46)</sup>, cum phthisi purulenta<sup>47)</sup> et tuberculosa<sup>48)</sup> ob-

40) Eod. loc., pag. 17.

Meckel, *Handb. der pathologischen Anatomie*,  
Bd. II, St. 2. p. 12.

Cruveilhier, l. c. p. 67.

41) *Hufel. Journ.* Bd. XXII, St. 2. p. 28.

42) *Hufel. Journ.* etc. Bd. 36. St. 1. p. 30.

43) l. c. p. 9.

44) *Hufel. Journ.* Bd. 36. St. 1. p. 36.

45) l. c. p. 9 et 48.

46) l. c. p. 26.

47) Cruveilhier, l. c. p. 30 et 119.

48) Eod. loc. p. 127.

36) Cruveilhier, l. c. p. 28.

37) *Hufel. Journ.* etc. Bd. 32, St. 5. p. 8.

38) Cruveilhier, l. c., p. 35. 40. 43.

39) *Hufel. Journ.* etc. Bd. 32, pag. 18

servavit. Sic etiam in nostra, postea enarranda, morbi historia dissolutio cum phthisi tuberculosa et exulceratione intestini, quae complicatio saepissime obvenit, conjuncta, visa est. — Cruveilhier denique morbum nostrum una cum helminthiasi (49) et atrophia (50) se observasse contendit.

Symptomata autem, quae hujus morbi praecipue propria sunt, et cuncta simul diagnosis aliquatenus certiores reddere possunt, in forma acuta et chronica, autegressis prodromis, haecce sunt: vomitus, diarrhoea, febris continua continens, tensio et dolor in praecordiis, magna vixque satiabilis sitis, debilitas et macies permagna, facies pallida et deformata, quae haud facile verbis describi potest, stupor, ex quo infantes facillime expergeri queunt.

Diarrhoea majore, et praesertim praesentia sanguinis in excrementis, ac decursu morbi tardiore affectum intestini crassi statum aequabiliter indicari, putat Cruveilhier (51). Sicut decursu acuto, vomitu vehementiore, si pauca nutrimenta compacta et fluida sumpta sint, anxietate et faciei deformatione permagna et localitate ventriculi malum significari.

Casus tres perforati et emolliti ventriculi in mulieribus, inter pariendum mortuis, se observasse, (Chaussier 52) memorat, et hoc post lon-

gam ad partum intentionem fieri, semperque fere maculis rubris in antibrachio, articulo cubiti et superficie dorsali manus et digitorum manifestum reddi, contendit. Unde colligit, ventriculum pari modo similibus maculis, per sanguinis inter membranas ejus effusionem ortis, obiectum esse, et sanguine effuso membranas ventriculi destrui atque dissolvi. De dissimilitudinibus morborum, nostro maxime similium, nunc nobis dicendum erit; primum igitur cum hydrocephalo acuto nostrum ventriculi morbum comparabimus. Distinguntur vero iis, quae sequuntur. Hydrocephalo acuto infantium prodromi semper antecedunt, quod in chronica tantum morbi nostri forma accidit. Illius prodromi hi sunt: incessus infirmus et titubans, cita animi mutatio, vertigines et stupor repentinus inter citas capitis motiones et infantium jacentium erectionem; hujus autem prodromi a dietis plane diversi sunt. — In primo hydrocephali stadio inflammatorio symptomata amborum quodammodo similia sunt, sed in hydrocephalo acuto consensualia sive sympathica, per ventriculi sympathiam cum cerebro orta, ideoque enam non tam continua sunt, quam in nostro morbo. Vomituritio atque vomitus in utroque morbo exstat, in dissolutione autem interdum serius oritur, semperque crescit; in hydrocephalo contra decrescit, et in stadio secundo ejus cessat, quod cum fit, infantes cibos capiunt; excitatur imprimis, dum caput aut corpus erigitur, nec omnes, qui assumuntur cibi, eo ejiciuntur. Infantes in hydrocephalo acuto situ horizontali cum fronte applicata, in dissolutione autem situ sedente tranquilliores redduntur. Quod

49) l. c. p. 34.

50) l. c. p. 71.

51) l. c. p. 23.

52) Dictionnaire des sciences médicales. Tom. 40. p. 332 et 333.

hydrocephalo evomitur taediosum, foetidum, in dissolutione acidum habet odorem, posteaque fluidum et subnigrum est. Photophobia hydrocephalo acuto solum hoc in stadio convenit — *Auxietas et inquietas* in utroque animadvertitur morbo. *Alvus* in hoc et sequente hydrocephali stadio saepissime obstructa est, in dissolutione intestini rarissime; quod etiamsi est, tamen clysmatum ope alvi dejectiones facile efficiuntur, quod in illo morbo nequaquam fieri potest. *Facies* pallida, mutata et deformata propria est ambobus morbis; in dissolutione autem faciei modo pallor, modo rubor apparet, et speciem, affectibus certis imi ventris propriam, prae se fert. *Abdomen* in hydrocephalo acuto etiam siue diarrhoea collabitur, id quod in tractus intestinorum dissolutione non accidit. *Somnum* impacatum in utroque morbo invenimus. Denique ambo morbi dolore capitis magno, pulsatione carotidum, rubore conjunctivae oculorum, aliisque, in hydrocephalo acuto observatis, symptomatibus distinguuntur. Stadium hydrocephali secundum cum aegroti stupore et lentitudine, quae non nisi capite aut corpore erecto in inquietem transit, incipit; in nostro morbo stupor periodicus tantum cum gemitu aut convulsionibus et clamore, qui, dum infantes eriguntur, cessat, invicem commutatur. *Respirationem* laesam in utroque morbo invenimus, quae in ventriculi dissolutione frequens, brevis, atque anxiosa observatur; in hydrocephalo tarda et spiriosa. *Pupilla* nimis dilatata et amblyopia modo in hydrocephalo acuto obvenit, in quo nunc tardior et debilior apparet pulsus, qui contra in morbo nostro, cum perito-

nitis accedit secundaria, acceleratus, durus et parvus est. *Motus convulsivi* in tertio hydrocephali acuti stadio aut alterum corporis latus invadunt, aut miseri episthotono vexantur; *pupilla* insensibilis est, et diliria blanda adsunt, quae symptomata in intestini dissolutione aut desunt, aut alio modo apparent.

Aggrediamur nunc alias infantilis aetatis affectiones, intestini dissolutione haud dissimiles.

Quoties enim infantes, cum primi enascantur dentes, in febrim incidant, quoties hoc ipso tempore diarrhoea corripiantur, ac vomant, satis notum est. Harum vero affectionum mitem naturam medicus facile cognosceret, praesertim cum in mentem sibi revocaverit intestini dissolutionis malignam formam. Respiciat praecipue vehementiam atque frequentiam vomitus; ante oculos sibi ponat diarrhoeae naturam, supra descriptam, summam praeterea virium prostrationem in dissolutione intestini; ac febris typi continue continenti recordetur, qui remittens in dentitione difficili observatur, denique dentitionis ipsius signa haud negliget, ut ruborum ac tumorem faciei, et dolorem in gingivis.

Difficilior jam morbi nostri ac febris gastricae distinctio est. Adsunt enim in hac, praesertim in inflammatoria, omnia fere intestini dissolutionis signa. Adest febris, ciborum desiderium extinctum, tumor ac dolor praecordiorum, anxietas et jactatio, vomitus, diarrhoea, virium languor, nec raro convulsiones. Vomitus autem in

febre gastrica, nec tam frequens, nec tam vehemens est, et aegroti, sordibus evomitibus gastricis, multo melius sese habent, nec tam cito emacescunt, nec febrili tam continente vexantur.

Quam necessaria sit et forensi medico ventriculi dissolutionis accuratissima distinctio a mutationibus, variis venenis in corpore humano cum in vita, tum post mortem ortis, ex casu in: Dictionnaire des sciences médicales, Tom. 40, pag. 358, memorato, elucet. Vir quidam, qui suspicionem moverat, se mulierem, repente mortuam, arsenici ope oxydati necasse, in carcerem missus, tunc demum, cum investigatione ventriculi accuratissima facta esset, suspitione liberatus est. Porro Allan Burns<sup>55)</sup> nobis historiam narrat mulieris, quae non sine suspitione partus, clam peracti, venenique summi, obiit. Forensis medici, quamquam veneni ipsius nihil invenerant, tamen e ventriculo laeso, mulierem veneno interentam esse, censuerunt. Jam vir quidam in huius criminis suspitionem venerat, cum medicus alius surgeret, qui hasce ventriculi laesiones non ex veneno sumto, sed ex effectu gastrici succi post mortem, esse explicandas, probare studeret, et hominem illum suspectum a supplicio liberaret. Praecipue commutatio status, ex veneno sumto orti, cum morbo nostro, acutissime oriente ac decurrente, facile fieri posse videtur. Ejusmodi in casibus accuratissime, existimo, omnium circumstantiarum et symptomatum, morbo antece-

dentium et enim comitantium, ratio habenda, accuratissime mutationes, in sectione cadaverum inventae, respiciendae, et repertae lixivitates per analysisin chemicam examinandae,

### CAPUT TERTIUM.

#### *Cadaverum sectiones.*

Temporis spatio morbi antecedentis omnino macies corporis se conformat, quo longior enim ille, eo major haec. Faciem ita collapsam semper invenies, summi doloris signum prae se ferentem, ut infantili aetati minime respondeat. Abdomen modo maxime tumet, modo etiam statu normali observatur. Pari ratione intestinum modo collapsum, modo aëre valde distentum invenitur; ita Camerarius<sup>54)</sup> „erupuisse, inquit, tanto cum impetu non sine sono flatum multum, ut candelam potuisset extinguere;“ modo autem etiam aliis locis inflatum, aliis contractum<sup>55)</sup>. Superficies externa, huic loco desorganisato tractus intestinorum interno conveniens, saepe maculis inflammatis oblecta, nigrescens e rubro, decolor, vel etiam flavescens e cano reperitur. Totius tractus intestinorum membranae aut omnes dissolutae

<sup>55)</sup> Eding. med. and. chir. Journ. Vol. VI. p. 129 — 138. In Goeddecke, l. c. p. 24.

<sup>54)</sup> l. c. p. 64.

<sup>55)</sup> Hufel. Journ. etc. Bd. 36. p. 20, Cruveilhier, l. c. p. 26 et 113.

erant, quo in casu etiam plerumque apertura aderat, per quam contenta intestini in abdomen erant effusa; aut membrana ejus externa tantum integra erat, quae tum his locis perlucida apparebat, aut membrana tantum mucosa et propria, vel etiam membrana mucosa sola dissoluta visa. Pars dissoluta speciem rubescens et caeno, flavae, fuscae, facile liquescentis, quae cum aqua misceri potest, et fere perlucidae, gelatinae prae se fert, aut mucō viscido similior est. Cum membranarum internarum tractus intestinorum qualitas ad confirmandam morbi aetiologiam res maximè momenti sit, singulatim, quomodo a variis, jam memoratis, auctoribus in cadaverum sectionibus, ab ipsis institutis, reperta sit, designemus.

Camérarius<sup>56)</sup> „intestina, inquit, plus justo rubuisse visa.“ Porro: „Ventriculum intus rubuisse.“

Sautesson<sup>57)</sup> rugas ventriculi aliis loci, praeter naturam inflatas, aliis inflammatas reperit.

Reil<sup>58)</sup> in apertura vicinitate vasa tunicae cellulosa et villosae sanguine nigro impleta vidit.

Ailland<sup>59)</sup> casibus in tribus tunicae in aperturae circumferentia tenues et nigrae occurrerunt, neque ullum inflammationis vestigium. Medicus quidam in commentariis Hufelandii<sup>60)</sup> multa canescentia e viridi, haud prominentia

56) l. c. p. 64.

57) l. c. p. 456.

58) l. c. p. 379.

59) l. c. p. 623.

60) Bd. XXII. St. I. p. 33.

stigmata inter intestini coli tunicam externam et carneam contemplatus est; in pariete ventriculi posteriore dissolutionem, inflammationem autem nullam.

Jaeger<sup>61)</sup> margines aperturarum valde marcidos et quasi laceratos reperit, tunicas ventriculi internas resolutas in gelatinam mollem et mucosam, versus ventriculi partes validas consistentem. Pag. 14, talia refert: „Meistens finden sich weder in dem erweichten Theile, noch in dem übrigen Magen, die gewöhnlichen Merkmale einer heftigeren Entzündung vor, doch war in einem Falle der ganze Umfang der entstandenen Oeffnung ziemlich dunkelroth, in einem andern Falle fand ich bloß die Nerven unter der weichen und aufgequollenen Villosa etwas geröthet, und in einem dritten hatte bloß das nicht zurückgelassene Involucrum peritonaei eine mehr rosenrothe Farbe, öfters sah ich einige blaßrothe Streifen, welche sich von der macerirten Stelle aus durch die Cardia in den Oesophagus hineingezogen, und einmal zeigten sich sehr viele Gefäß-Zerästelungen in der gewöhnlichen Form von gleichsam flockig-dendritischen dunkelbraunen Zeichnungen, auf der erweichten Villosa.“ — Porro in infantis intestino ileo locum perforatum, in circumferentia marcidum nec multum inflammatum invenit<sup>62)</sup>. Casus alius<sup>63)</sup> villosam dissolutam, in aperturae circumferentia rubicundam ac fuscam, et dispersim

61) Hufel. Journ. etc. Bd. 32. p. 15.

62) Hufel. Journ. etc. Bd. 32. p. 16.

63) Eod. loc. p. 20.

maculas gangraenosas exhibuit. Casum porro meum morat<sup>64</sup>), ubi in homine debili, per longum temporis spatium, dissolutioni vomitus cruentus periodicus praecesserat, in sectione cadaveris inflata villosa circum rupturam sub:ubra cernebatur, in toto reliquo ventriculo reti turgescentium venarum fusco maculata; pulmones sicutum praebant inflammationis. Tum casum narrat, ubi ventriculi fundus dissolutus et cardiacam versus inflammatus repertus est. — In commentarii Hufelandii volumine 36to haec refert:

- 1) Locus degeneratus colore erat rubido-cano, pars villosae valida, firma, alba a parte mutata per lineam, stricte designatam, separata<sup>65</sup>).
- 2) Fundi villosa valde liquefacta et simul colore maxime roseo, et pars sana ab aegra stricte separata erat<sup>66</sup>).
- 3) Fundi tunicae ad peritonaeum usque gelatinose dissolutae, subrubidae, eoque loco, ubi ventriculus lienem tangit, haud parum nigrescentes e rubro erant; margo maxime roseus hanc ventriculi partem destructam ab ejus dextra parte, interne et extrinsecus alba, et naturae convenienter se praebente, sejunxit, et hoc in margine roseo fuscae et tenues vasorum ramificationes visae<sup>67</sup>).
- 4) Pars inflammata parva ilei, haud procul a caeco. In tota facie tractus intestinorum in-

terna macularum magna copia rubidarum et rotundarum lenticulae magnitudine apparuit, quae vasorum injectione minimorum formatae videbantur; villosa omnis in mucum viscidum mutata erat, dispersim in intestinis tumescentes glandulae minimae. Ventriculi fundus subruher, et tunicae ejus ad peritonaeum usque gelatinosae apparebant<sup>68</sup>).

- 5) Colon ascendens et descendens abundabant aperturis cum marginibus gelatinosis, et villosa omnis in his coli partibus gelatinosa, et colon descendens granulis glandulaeformibus rubris obiectum<sup>69</sup>). Blake et Adams<sup>70</sup>) tractum intestinorum totum una cum ventriculi dissolutione gelatinosa inflammatum invenere.

Rhades<sup>71</sup>) fundum ventriculi totum in substantiam subrubido-canam, perfecte gelatinosam, perlucidam permittatum invenit, ut de membranarum ventriculi proprio textu nihil cognosci posset omniaque tanquam ejusdem generis viderentur neque usquam vestigium inflammationis quoddam appererat.

Crucveilhier, qui gelatinosam dissolutionem non solum in ventriculo, sed etiam in intestino crasso et in pleura<sup>72</sup>) animadvertit, quamquam nullum inflammationis vestigium se vidisse contendit, tamen:

64) Eod. loc. p. 21.  
65) p. 21.  
66) p. 23.  
67) p. 23.

68) p. 33.  
69) p. 50.  
70) Goedecke, dissert. d. dissolut. ventric. etc. p. 23.  
71) l. c. p. 236.  
72) l. c. p. 27.

- 1) maculas invenit rubras in casibus quatuor 75)
  - 2) inflammationem et vicinam 74) loco dissoluto, et remotiorem ab eo 75),
  - 3) maculas, holoserio similes (ammetährliche), in mucosae superficie interna 70), in quarum peripheria mucosa facilis remota erat, aut quibus immixtae exulcerationes zoniformes cum marginibus dissolutis et exrescentiis. Casu alio granula, has maculas circumdantia, quae nimia glandularum mucosarum evolutione orta dicitur 77).
  - 4) Casus se obtulit 78), ubi membrana mucosa, propria et muscularis fundi ventriculi et totius fere intestini crassi dissoluta erat; in loci dissoluti superficie papulae parvae, miliaribus similes.
  - 5) In partibus dissolutis 79) magnam vidit copiam exrescentiarum albarum, rotundarum, planarum, in medio depressarum, quas membrana mucosa roseo colore et dissoluta circumdedit. Variolarum confluentium speciem maxime praese ferebant.
- Cruveilhier 80) casu alio fibras tunicæ muscularis coli ascendentes longitudinalis gelatinosae dissolutas contemplatus est.

75) l. c. p. 52. 60. 69. 128.

74) l. c. p. 65.

75) l. c. p. 26 et 60.

76) l. c. p. 8. 17. 52. 113. 117.

77) l. c. p. 12.

78) l. c. p. 30.

79) l. c. p. 5 et 16.

80) l. c. p. 16.

In dissolutione, a Krüger 81) observata, fundus ventriculi interne fusco-viridis et circum hunc locum dissolutus, extrinsecus subfuscus visus.

Dissolutio gelatinosa in omnibus canalibus intestinalibus partibus, etiam in aesophago 82), inventa; creberrime tamen in ventriculo, et praecipue in ejus fundo, in parva curvatura ejus superiore, et tum etiam in facie anteriore et posteriore. Humor, his in partibus desorganisatus inventus, lubricus, viscidus, floccis subfuscis, aut mucilaginosus, saepe subniger, acidus visus, nunquam autem foetens aut putrens. A. Burns 83) tractum intestinorum totum in quatuor infamibus, bene nutritis, a cardia usque ad intestinum rectum gelatinose dissolutum et ne minimum quidem signum status putridi invenit. Sane dolendum, omnibus his in casibus auctori morbi praegressi historiam ignotam fuisse. Chaussier 84) etiam, se in corporibus earum, quae vel in partu studio, vel brevi tempore post partum perforatione ventriculi et dissolutione membranarum ejus mortuae erant, nullum putrescentiae signum, aut putridum odorem reperisse, confirmat. Saepissime, dicit, in ventriculi perforatione locum morbosum cum partibus vicinis leviter coalitum, et membranae mucosae vasa capillaria, praecipue in perforationis ambitu, magis evoluta reperiri.

81) Horns Archiv etc. Jahrgg. 1824. Bd. 1. p. 107.

82) Reils Archiv für Physiologie, Bd. 4. p. 379.

83) Götting. gelehrte. Anzeig. St. 45. 16. März 1811.

84) Dictionnaire des sciences médicales. Tom. 40. p.



Intestina abdominis cetera semper fere valida reperta. Morbo complicato, etiam in cada-verum sectionibus mutationes, his complicationibus convenientes, organorum affectorum inventae.

Sed etiam in aliis organis dissolutio gelatinosa conspecta. Cruveilhier e. gr. casum refert (ut jam antea memoratum), ubi pleura gelatinose dissoluta erat; oesophagus et peritonaeum portio una cum dissoluzione ventriculi dissoluta visa; ita etiam diaphragma, ubi a ventriculi fundo tangitur, non solum in velamine suo peritonaei, sed etiam in fibris suis muscularibus dissolutum repertum. Jaeger<sup>85)</sup> denique memorat casum, quo pleura pulmonesque dissoluta, et circum vehementer inflammata visa.

Cruveilhier et Jaeger glandulas mesaraicas ea regione, qua trachus intestinorum affectus erat, maxime tumescentes, inflammatas, saepeque pus<sup>86)</sup>, quod facile a glandularum laice distingui poterat, continentes, invenerunt.

Jam nobis venia nostri morbi historiam referendi concedatur, quae quidem, quia dissolutio gelatinosa hic cum phthisi tuberculosa complicata est, licet ad morbi decursum parum tantum pertineat, tamen, si cadaveris sectionis summam spectamus, ad aetiologiam declarandam haud parvi esse possit momenti.

J. . . , XXII annos natus, constitutione debili, die XVto mensis Novembris, anno MDCCXXV, in nosocomio Dorpatensi opem medicam implovavit; quo facto aegrotus stationarius ibi receptus

85) Hufel. Journ. etc. Bd. 36. St. 1. p. 35.

86) Cruveilhier, l. c. p. 12.

est. In aetate puerili, aliis infantum morbis parvi momenti exceptis, etiam scarlatina tentatus erat, nulla tamen incommoda relin-quente. Pari modo postea febris intermittens, qua affectus erat, decurrit. Mala; ex hel-minthiasi nascentia, glandularum intumescen-tiae et tussis haud rara; partim primam aeta-tem, partim proveciorem variis temporibus tur-bavere. Quibus exceptis, bona semper frueba-tur valetudine usque ad secundum abhinc an-num; quo, coitu immundo usus, in glande penis ulcere syphilitico affectus est. Quem statim ali-quamdiu dissimulans, ne bonam quidem victus rationem curavit. Quo factum est, ut ulcera fau-cem; et bubo glandulas inguinales corripere. Tum demum medicum consulit, cujus ope brevi temporis spatio in priorum valetudinis statum re-stitutus est. Sed validus statim dentis veneno syphilitico infectus est, a quo malo reconvalescen-tem refrigeratio quaedam pleuroperipneumonia affecti; quae quidem, quamquam decursus erat regularis, crisin haud optimam habuisse videtur; nam partim symptomata aderant, probantia, con-crescentiam pleurae remansisse, partim de dolo-re premente in hypochondrio dextro, peccatis, in victus ratione commissis, renovato, quereba-tur. Rarius de sensu simili in utroque latere re-glionis claviculae conquestus est. Postea inflama-tione chronica pharyngis afflictus. Quod ma-lum interdum imminutum est, prorsus tamen nun-quam extirpari potuit; sed pharyngis malo quo-dammodo diminuto; catharrhus laryngis et par-tim tracheae quoque vehementius processit. Tus-

sis provenit cum raucedine et voce aspera; quae quidem symptomata, nunc aucta, nunc imminuta, nunquam plane evanescere; quovis autem tempestate aspera augebantur. Aër humidus et tepidus aegrotò salubrior erat. Tussis erat sicca, nec variis diei partibus aut crebrior, aut vehementior, et sputa pauca magis spumosa erant. Simul aegrotus sensum titillationis aliquem et urentem, vel etiam dolorem obtusum in larynge habuit; quae affectiones cum morbi crebriore decremento diminuiebantur. Quo statu nonnullos menses perdurante, et aegrotò per hoc tempus saepius in victus ratione peccante, sensim sensimque mala abdominis, minus gravia, invadere, incerto sensu quodam et injucundo in abdomine significata, quibus additus haud gravis pressus post coenam in ventriculo. Hebdomata abhinc quatuor hoc malum vehementius erupit. Aegrotus continuo dolorem prementem et tendentem, qui post coenam semper augebatur, quemque crebrior comitabatur ructus, in regione epigastrica sentiebat. Appetitus edendi haud imminutus; imò aliquando aegrotum famis vehemens premebat. Paulatim malum, ventriculo decedens, regionem umbilicalem comprehendit, ubi ex decem vel duodecim diebus sedem suam fixerat. Hic varius ille doloris modus magis processit, et dolores ab umbilico decrecentes usque ad ambas regiones iliacas se extenderunt. Situ quieto horizontali dolores diminuiebantur; motu autem et imprimis expansione corporis et pressione augebantur. Quem statum evidens virium collapsus comitatus est; aegrotus marcescere coepit, appetitus edendi, qui antea egregius fuerat, evanescere, motus febriles cum

sudore nocturno, quo aegrotus maxime fatigabatur, accedere. Hoc autem tempore in sectionem medicam nosocomii Dorpatensis receptus est.

Raucedo et vox aspera tussisque nunc, ingratae fortasse tempestatis causa, auctae erant. Dolor obtusus in regione lateris sinistri cartilaginibus cricoideae aderat, pressione crescens. Cavitationem faucium inspicenti in pariete pharyngis posteriore, magis rubefacto et decussato vasis lividis venosis et arteriosis, magis jam evolutis, stigmata alba, dispersim prominentia, visa; glandulae fortasse auctae atque induratae. Pectoris mala aegrotum vexabant nulla. Abdominis mala ab his, quae prius memorata sunt, haud differebant; dolorem aegrotus profundum quasi occupasse significavit. Abdominis temperaturam, quantum sensu percipi potest, parum aucta. Lingua magis rubefacta, sicca, et lineis subtilibus flavis obducta, gustus depravatus, appetitus edendi nimis imminutus, sitis contra vehementior. Alvi excretiones adhuc haud praeter normam. Pulsus parvus, duriusculus et irritatus, septuagies per horae partem sexagesimam agitabatur; somnus impacatus. Faciei habitus statum hecticum praesagivit, qui nocte insequente per manifestam tentationem febris, tempus versus matutinum in sudorem debilitantem exentis, patefactus est. Urinae excretio diminuta erat; urina fusca deponere magnum sedimentum ravum, monstrabatque in superficie marginem pinguis particulas. Simul aegrotus jam aliquantulum macie correptus erat, querebaturque languorem et infirmitatem

Hic patientis morbus pro chronico inflammatorio pharyngis et laryngis nec non intestini agnitus, idemque membranae mucosae status, qui in pharynge apparebat, etiam in intestino conjectus est, cum membranae mucosae exulceratione, quae fortasse jam initium ceperat. Inter momenta morbi praedisponentia numerabantur: constitutio scrofulosa, habitus phthisicus, morbi, qui antecesserant, ut syphilis, peripneumonia, catarrhi frequentes. Causae occasionales erant: coëundi appetitus expletio nimia, nutrimenta parca et mala, nimius potulentorum spirituosorum usus iterataeque perfrigerationes.

Adhibita sunt remedia lenitief anti-phlogistica (Cali aceticum in emuls. semin. papav. alb.), et derivantia (Vesicatorium perpetuum), et ad siccitatem pharyngis leniendam gargarisma ex florum verbasci et malvae decocto. Quibus remidiis continuo usurpatis, symptomata status abdominalis, chronice inflammatorii, plane cesserunt; ut nunc remedia (Acidum phosphoricum dilut. cum syrup. cerasor.) adhiberentur, contra sensibilitatem auctam in nervorum systemate, et contra irritabilitatem vasorum systematis auctam, ratione habita processus dissolutionis in corpore, quorum usui tamen, statu inflammatorio in abdomine et pharynge rursus adparente seque augente, abstinendum fuit, redeundumque ad remedia primum adhibita.

Paulatim autem vires aegroti concidebant, crescebat macies, apparebat alvi defectiones fluidae, decrescebant sudores, antea frequentes; accedebant nunc tormina, noctes valde inquietae, tensiones pressusque in regione epigastrica, mag-

na anxietas, nec non nauseae vomitusque, praecipue cibis captis, prosequerantur aegrotum usque ad mortem, Decembris die duodevicesimo consecutam.

### *Cadaveris sectio.*

Facies valde collapsa erat, omnino totum corpus magna macie correptum. Pulmones primo aspectu apparebant collapsi exsanguisque; pulmo sinister inprimis partem suam cavi pectoralis haud implebat. Plane tectus erat tuberculis, praecipue in lobo superiore. Hic duo tubercula jam eiecerant contentum suum, purisque ipsius in cavo suo parum tantum, in cavo pectorali autem nihil reperitur est. Pulmo dexter recte accreverat pleurae costalis, totusque ejus lobus superior adeo impletus erat tuberculis, ut una massa tuberculorum haberi posset; in superficie ejus inventa sunt vestigia tuberculi suppurati. Ejusdem lobi pars inferior erat spongiosa, sanguine nimis impleta, itemque nonnulla sentiri poterant tubercula. Tuberculo uno percisso, mango (sere callosus nominandus), tuberculum totum circumcludens, albedo-caeruleus distincte visus est. Contentum tuberculorum erat massa aliena solidior, albo-flavida et in diversas directiones substantia caerulea quasi intertexta. Vestigia inflammationis, ante breve tempus elapsae, nusquam animadverti poterant.

In larynge inventa sunt vestigia perspicua inflammationis, quae praesto fuerat, visibilesque exulcerationes, non autem pus verum. In trachea bronchiisque papulum tantum inflammatio-

nis inventum. Glandulae bronchiales, praesertim in tracheae bifurcatione, subinflatae.

In posteriore pharyngis pariete status inflammatorius praecipue cognoscendus, ubi, sicut in velo palatino, glandulae, lentis magnitudinem tumore adaequantes, animadversae sunt. Purulentationis vestigia visa sunt, ubi pharynx transit in oesophagum, in quo ipso nihil mutationis morbosae observatum est. Cor minimum erat.

Abdomine aperto omentum totum tanquam massa rubra impletum reperimus, quae res, statum inflammatorium adfuisse, perspicue confirmabat. Totius mesenterii glandulae valde inflatae erant, induratae, adhuc passim statum inflammatorium ostendentes. Per totum intestinum crassum nihil morborum se obtulit. A processu vermiformi usque ad duodenum magnae repertae sunt destructiones; numerabantur enim aperturae parvae XXI, magnaevae XIX, omnes intestini tenuis membranas penetrantes; praeterea quatuordecim loca fere perrupta, ubi status inflammatorius clarior etiam apparebat. Nec minus his locis plicae intestinales inflatae emollitaeque erant. Diametri maximorum foraminum magnitudo pollicem, minimorum lineam adaequabit. Margo eorum, plerumque plicae intestini emollita formati colore erat fusco-nigrescente. Totum intestinum tenue emollitum erat, nonnullis locis quasi dissolutum, ibique leni tractu dirumpendum. In facie interna partis duodeceni duodeni iidem reperta sunt loca nonnulla inflammata, praeterea ea duae exulcerationes, etiam villosa dissoluta circumdatae. Diligentius contemplantibus

inflammatio ex partibus interioribus ad exteriores progressa videbatur.

Ventriculus vacuus erat, in eoque, sicut in ceteris visceribus nihil morborum animadvertendum. Contenta intestini subfluida, flava-subfusca, in abdomen effusa erant.

Quamvis hoc loco intestini dissolutio, quae hic, ut exulceratio, inflammatione chronica effecta putari potest, quam opinionem in capite sequente pro intestini dissolutione in universum accuratius demonstrare conabimur, complicata prodit: tamen nonnulla symptomata, ut sitim vehementem, tormina, inquietem et aegorem, nausae vomitusque, praecipue captis cibis, quae in nostro morbo apparuerunt, et hic rursus invenimus.

## CAPUT QUARTUM.

### *Morbi aetiologia.*

Momentorum dissolutionis aetiologicorum dinumeratio, ut in plurimis aliis morbis, sic etiam in hoc, observationibus in universum non permultis exstantibus, iisque modo de decursu, modo de momentis occasionalibus, modo de cadaverum sectionibus, mancis, atque hoc morbo exitioso modo instantes, modo homines adultos, modo totum intestinum, modo singulos taptum ejus partes, modo etiam partes, quae ab intestino omnino dissociatae sunt, invadente, multis premi videtur difficultatibus.

De momentis praedisponentibus, solutione intestini, et infantes, et adultos, sexum tam masculinum, quam femininum afficiente, non multa dici possunt. Infantilis tamen aetas quandam morbi nostri praedispositionem habere videtur, quia ille in ea aetate saepissime observatus est. Hoc fortasse conmittitur, quod aetas infantilis, et organorum constructione imbecilliore, quae momentis externis minus resistere potest, et variis evolutionis organismi temporibus, ad morbos in universum; intestini autem irritabilitate, quae dentitione et progrediente illius evolutione tantopere augetur; ad hujus organi morbos imprimis propensa est. Ut ubique, ita et hic, quomodo antea experti sumus, constitutio valida acutae, invalida autem chronicae morbi formae praecipue subjecta est; nec vero causarum occasionalium et morbi sedis hic quoque ratio habenda non est. Momentis praedisponentibus morbi etiam adnumerandi sunt antecessi, ut Cruveilhier nonnulla exempla memorat, ubi in infantibus febres intermittentes, dysenteria, diarrhoea chronica hunc morbum antecesserant, aut atrophica et scrofulosa eum comitabantur. Jaeger 87) casum adfert, ubi in adulto perditum haematemesis periodica antecesserat.

Causae occasionales. Cruveilhier 88): „gewöhnlich, inquit, kommt die Krankheit nur

in der zartesten Kindheit vor, um die Zeit des Entwöhrens, des kräftigsten Zahntriebes, bei Kindern, welche schlechte Ammen haben, oder zu früh und plötzlich entwöhnt, oder mit Speisen genährt wurden, welche mit der Zartheit der Verdauungsorgane in keinem Verhältnisse stehen, oder die man ihrer Gefäßigkeit überläßt und zu gewissen Zeiten mit Arzneien gegen das schwere Zahnen, gegen Würmer und gegen Verschleimung quält.“ Sunt autem hujusmodi remedia plerumque anthelmintica et purgantia excitantia, et in dentitione talia, quae diarrhoeam saepe beneficam suppriment. Porro saepe refertur causa occasionalis, transpiratio cutanea oppressa; quam ob rem etiam et in infantibus, et in adultis dysenteriae, febresque intermittentes aut simul versabantur in morbo, aut morbum antecesserant. Mensibus Augusto, Septembri et Octobri Cruveilhier 89) morbum nostrum epidemicum in infantibus observabat. Aëris temperies permutabilis erat; magnum saepe diei calorem noctes valde frigidae subsequerantur, vel etiam frigus humorque simul, aut venti validi geluque nocturna.

Cruveilhier et Jaeger multa afferunt exempla ubi morbus suppressis exanthematibus acutis (imprimis morbillis) et chronicis ortus est.

De causa proxima, quae exstant opinionones, amplius nunc explicandae sunt:

1) Cruikshank 90) primus de causa proxi-

87) Hufelands Journal, Bd. 32, St. 5, p. 21 —

88) L. c., p. 72.

89) l. c. p. 8.

90) Cruikshank Anatomy of the absorbing vessels, p. 113. In Goedeck, l. c. p. 54.

ma sententiam quandam communicavit. Explicat vero ille dissolutionem et perforationem ventriculi per vim auctam vasorum absorbentium.

- 2) J. Hunterus 91) ex observationibus suis omnibus id colligit, dissolutionis ventriculi nullam aliam causam esse, nisi succum gastricum ipsum, qui post mortem membranas ventriculi ipsas, vita privatas, aggreditur.
- 3) Secundum Jaegerum 92) morbus ille e functione nervorum laesa exoritur; et ob eam ipsam nervorum vim sublata membranas ventriculi ad dissolutionem aptiores reddit; simulatque autem nervorum actio in ventriculo atque in intestinis est depravata, et secretio in illis mutetur, necesse est; scernitur nunc acidum quoddam, quod membranas, nervosa vi privatas, aggreditur atque sensim sensimque corrodit. Acidum vero hoc, experimentis chemicis edoctus, nihil aliud, nisi acidum acetium, esse putat.
- 4) Goedecke 93) suspicatur, ventriculi illam destructionem nonnunquam ab intimo tactu putrentium, aut saltem dissolutionem

91) J. Hunter Obs. ou cert. parts of animal oeconomy. p. 229. — In Goedecke, l. c. p. 55.

92) Hufelands Journ. d. prakt. Med. Bd. 36. St. I. pag. 59 — 73.

93) Goedecke, l. c., pag. 63.

adjuvantium intestinorum, e. gr. lienis, deducendam esse.

- 5) Cruveilhier 94) causam proximam in irritatione ponit permagna, quae adfluxum iteratum humorum alborum, ad exhalationem sine dubio destinatorum, producit, qui, ad organa nimis tenuia venientes, ea distendunt, degenerant, et, quasi corpus alienum, permeant.

Quas quidem opiniones omnes si argumentis refellere velim, opusculi mei limites, tempore conditionibusque praescripti, mihi transiliendi sint. Quo circa meam de tractus intestinorum dissolutione sententiam, ad quam, ut toto morbi decursu, ita cadaveris sectione atque morbi historia, jam enarrata, deducis sum, statim explicabo; qua, si ea forte vera est, illae, quae discrepant, jam refutatae sunt.

Proximam dissolutionis tractus intestinorum causam in inflammationem esse puto, illamque non solum per inflammationem peracutam, quae brevi partis comprehensae destructionem afert, sed etiam per inflammationem chronicam oriri, quae, diutius durans, eundem denique habet eventum.

Membrana intestini mucosa verisimiliter in plurimis casibus inflammationis sedes est, quia saepe simul cum dissolutione gelatinosa exulceratio membranae mucosae observata, et haec saepe

94) l. c., pag. 48.

pe tunicae hujus inflammationis eventus est 95); quia, si inflammatio membranam villosam tantum corripuit, motus intestini peristalticus, ut observavit Abercrombie 96), augetur, quae res in nostro morbo accidit; quia porro Jaeger et Cruveilhier testibus dissolutio ab interioribus partibus ad exteriores progreditur, saepeque membrana mucosa sola dissoluta inventa est. Num dissolutio a glandulis quoque pituitariis incipiat, hoc, puto, cum hac majore efficacitate quam reliquae mucosae partes, praeditae sint, plus vasorum accipiant, in nonnullis intestini inflammationibus secretionem, insolenter rigentem, ostendant, solvantur, destruantur, conjici tantum, non demonstrari potest. In iis casibus, ubi post mortem juxta dissolutionem gelatinosam etiam maculae gangraenosae in intestino inventae sunt, atque in vita obstructio, vomitusque affuerunt, inflammatio verisimiliter in membrana intestini musculosa sedem suam habuit 97).

Jam comparationem symptomatum dissolutio-

- 95) Andral, Untersuchungen über die pathologische Anatomie des Verdauungskanales, a. d. Franz. v. Dr. Krause, in Horns Archiv etc. Jahrgg. 1823, Tbl. I., p. 369.
- 96) John Abercrombie Untera. über die Krankheiten des Darmkanales, a. d. Engl. v. H. Wolff. Bonn 1823, p. 87.
- 97) Hufelands Journ., etc., Bd. 32, pag. 20. Richters chirurg. Biblioth., Bd. XII, p. 623. Cruveilhier, loc. cit., pag. 16, 63, 106.

nis gelatinosae et inflammationis chronicae acutaeque membranae intestini mucosae, qualis ea praecipue in infantibus apparet, aggrediamur.

- 1) Frequenter diarrhoea vomitusque simul, saepe diarrhoea, rarius vomitus solus, morbi nostri initium faciunt. Identidem in membranae intestini mucosae inflammatione diarrhoea modo magis, modo minus, modo, et quidem rarius, omnino non adparet; frequenter vomitus atque diarrhoea simul inveniuntur; interdum autem, praecipue ab initio, vomitus solus 98). In ambobus morbis nonnunquam cognoscuntur in excrementis cibi sumti.
- 2) In utroque morbo febris plerumque adest; nec vero etiam deest 99). Stoll 100) talia refert: „Diese Leichenöffnung ist wieder ein neuer Beweis vor die Wahrheit: das eine Entzündung in den Gedärmen vorhandenseyn könne, ohne ein Fieber und mit sehr wenigem Schmerze, und das dieses öfterer geschehe, als man vielleicht glaubt. Eben dasselbe behauptet Morgagni.“ Robert Willan 101) nobis observationem exhibet.
- 98) Abercrombie, l. c., pag. 116 et 119.  
99) Abercrombie, l. c. pag. 112.  
100) M. Stoll, Heilungsmethodo, übersetzt von Fabri, Breslau 1783, p. 248.  
101) Sammlung auserlesener Abhandlungen etc., Bd. XV, pag. 19.

bet, ubi magnae intestinorum inflammationi febris calorque omnino aberant.

- 5) Testante Abercrombie 102) aliisque, qui hac de re scripserunt, pulsus in inflammatione membranæ mucosæ univèrsè acceleratur; in aliis casibus, præcipue in inflammatione chronica pulsus inter totum morbi decursum parum variat, et pati ratione in dissolutione intestinali.
- 4) Ambos morbos termina comitantur, variantia et gradu et tempore. In aliis casibus dolor in paroxysmis, in aliis diutius permanens invenitur, pressuque augetur. Stoll 105) complures enarrat casus, ubi intestini inflammatio sine doloribus decurrit. Chambon de Monieaux 104) totum intestinum tenacè inflammatum et gangraenosum invenit, aegra omnino non conquesta de doloribus in abdomine. Flura exempla memorant Voltelen 105½, Morgagni 106), Wedekind 107).

Abdomen in ambobus morbis et extensum et laxum esse potest.

102) loc. citat., pag. 116.

103) loc. citat. et Band VII, pag. 64.

104) Voigtel, Handb. der patholog. Anat., Halle 1824, p. 529.

105) Sammlung auserlesener Abhandl. etc. Bd. X, pag. 431.

106) De sedibus et causis morborum. Ep. XXXIV et XXXV.

107) Richters chirurg. Bibliothek, Bd. VIII, p. 95.

- 5) Tensio, dolores, calor in præcordiis in dissolutione et inflammatione membranæ mucosæ modo inveniuntur, modo desunt.
- 6) Magna inquietudo, morositas, angor, magna sitis, in aliis casibus virium vitalium cita subitanea consumptio, quæ inexpectata est, neque soli alvi defectio um frequentia adscribi potest; in aliis rursus subito apparet coma vigil cum oculis abditiis atque extinctis, totiusque corporis specie subflava, inter symptomata, membranæ intestini mucosæ inflammationis et dissolutionis propria, numerantur.
- 7) Pallor extremarum corporis partium et frigus in utriusque morbi decursu apparent.

Amborum morborum forma chronica præcipue invenitur in singulis, qui aut morbo scrofuloso et exanthematibus chronicis affecti sunt, aut cum corpore invalido nati, aut morbis antegressis debilitati.

Jam prodromi formæ morbi nostri chronicæ de efficacia intestini movent morbose ateta cum congestionibus ad illud, quæ denique in veram inflammationem transierunt; et hæc demum majores et certiores mutationes mixtionis textureque organice produxit. Tunc inflammatione orta eadem symptomata prodeant necesse est, quæ in forma chronica a primo initio, moderata tantum secutum relationem inflammationis chronicæ ad acutam, cernuntur.

Nonne etiam complicationes morbi nostri, observatæ cum hydrocephalo acuto, cum dysenteria, cum tussi convulsiva, cum plenoperipneumonia et pneumonia in forma acuta ejus: tum



cum scrofulis et atrophia in forma chronica, sententiam nostram probabunt? — In glandularum mesaraicarum tumoribus dilatationibusque morbo-  
sis cum infantis scrofulis internis et atrophia afficiuntur, status inflammatorius chronicus non raro obvenit.

Quodsi summam cadaverum sectionum spectamus, in plurimis casibus tunicam intestini mucosam inflammata invenimus, et ipse Jaeger, qui contra sententiam inflammationis est, talia, sicut jam supra protuli, refert: „er habe nur die Merkmale einer heftigern Entzündung nicht finden können.“ Porro alio loco (108); ad confirmandam sententiam, dissolutionem durante vita jam inciperet; haec scribit: „denn die Spuren von Entzündung und bisweilen von Blutunterlaufung und von Brand, lassen sich nicht aus einem chemischen Pfortesse in dem Leichname herleiten.“ Santesson, Chaussier, et medici anglici Blake et Adams etiam inflammationem invenerunt.

Cruveilhier, quamvis contendit, in omnibus observationibus nulla inflammationis vestigia se invenisse, tamen, sicut jam antea memoravimus, in casibus duobus inflammationem, et in plerisque magis minusve rubrarum macularum, aut holoserico, aut miliaribus aut magis variolis similes eminentias atque exulcerationes eum excrecentiis observavit.

Auctoribus vero Abercrombie (109) et

108) Hufelands Journ., Bd. XXXII.; St. 5., p. 25.  
109) loc. c. p., 114.

Andral (110) tales modo magis, modo minus rubrae maculae saepius, quam rubor, aequaliter diffusus, in membranae mucosae intestini inflammatione obveniunt. „Die braune Färbung, inquit Andral (111), hängt nicht von der Dauer der Entzündung ab; man sieht sie binnen sehr kurzer Zeit entstehen, wenn die Entzündung lebhaft ist.“ Calor fuscus autem saepe in dissolutione ventriculi observatus est, quod, ut multi etiam alii, Krüger (112) commemorat.

Praeterea Abercrombie (113) et Andral (114) post inflammationes membranae intestini mucosae varias illas vegetations ejus, velut tubercula, eminentias, variolis similes (115), cet. crebro reperiebant. Et Andral (116) vegetationes, variolis similes, iisdem ferme verbis quam Cruveilhier, depingit; cum dicit: „man findet oft auf der Schleimhaut weiße, kegelförmige Erhabenheiten, von der Höhe einer ganzen oder halben Linie, die Basis eine Linie breit, die Spitze gewöhnlich eingedrückt: überhaupt der Pockenpustel höchst ähnlich. Selten findet man sie einzeln, gewöhnlich in Gruppen, wie die zusammenfließenden Pocken. In dem

110) loc. cit., p. 358.

111) loc. cit., p. 360.

112) Horns Archiv etc. Jahrgg. 1824, Bd. I., p. 39.

113) l. c., p. 114.

114) l. c., p. 365.

115) Andral, l. c., p. 379.

116) l. c., p. 363. conf. Cruveilhier, l. c. p. 5 et 16.

Zwischenraume ist die Schleimhaut zuweilen roth, zuweilen kaum injicirt.“

Intestinorum tractus constrictiones, ab Jaegero et Cruveilhier in dissolutione ejus observatas, in intestini inflammationibus pariter occurrunt 117). Porro exulcerationes cum vegetationibus morbosis, quae simul cum dissolutione existant, ab Cruveilhier observatae, et superficiali Internae intestini tenuis conditio in ea, quae a nobis supra memorata est, cadaveris sectione, ortum exulcerationis, sicut dissolutionis, per inflammationem demonstrant.

Praeter dissolutionem gelatinosam in tubo alimentario, passim maculas etiam gangraenosas se vidisse, sibi persuasum habent observatores.

Ghaussier in ventriculi dissolutione locum, morbo affectum, cum partibus vicinis haud recte concretum, et vasa membranae mucosae capillaria, praesertim aperturae propinqua, nimis evoluta observavit, et eo, quod adjicit, aperturarum harum margines inaequales, molles et in mucum dissolutas fuisse, probat, casus suos dictos huc, ac non ad perforationem ventriculi, per ulcus aut exulcerationem ortam, pertinere. Latex subfuscus, qui per sanguinis effusi cum mucus mixtionem ortus esse videtur, in membranae mucosae intestinorum tractus 118) et tracheae inflammatione atque in morbo nostro obvenit.

117) Andral, l. c., p. 376. u. Abercrombie an mehreren Stellen.

118) Andral, l. c., pag 365.

In aliis partibus, in quibus dissolutio observata est gelatinosa, simul etiam se obtulit inflammatio, sicut in oesophago, in pleura et in pulmonibus, ubi Jaeger 119) circuitum dissolutionis inflammatorum animadvertit.

Nonne etiam ipse fundus ventriculi, quod locum morbus noster longe frequentissime occupat, in sententiam nostram inclinat? quantum, quod nemo ignorat, ventriculi fundus praecordis canalis intestinalis partibus majore vasorum septa insignis est.

In paucis iis observationibus, quarum Cruveilhier plurimas enumerat, ubi nihil indurationis reperitur est, inflammatio fortasse aut in tunica intestini musculari remansit, quod comperiendi causa, et omnino in casu quodlibet, ubi praesentia inflammationis in dubio fit, a membrana mucosa a ceteris membranis separanda, separataeque investigandae, et ita commutationes ceterarum membrandarum detegendae tulerunt aut, quod mihi veritati magis consentaneum videtur, inflammacionis processu seriore tempore spatio, simulatque inflammatio ad exitum pervennerat, extinctus est, ut vestigium ruboris vasorumque dilatationis nullum post mortem appareretur. Tum nobis etiam animadvertendum est, post inflammationes intestinorum tractus duras indurationes ac densationes membranae mucosae ejus inveniri, quarum color est albus, nullo inflammationis vestigio 120). In morbo

119) Hufelands Journal etc., Bd. 36. St. 1. p. 35.

120) Andral, l. c., p. 361.

rum prae-disponentium dissolutionis commemoratione vidimus, infantes evolutione intestini progrediente ceterisque circumstantiis omnino ad morbos ejus inclinare. In evolutione autem organi cujusdem omnino vasorum efficacitatem auctam esse, et congestiones ad illud fieri, satis notum est. Quodsi momenta causalia, supra enumerata, morbi nostri, ut cibi dati, qui aut majore modo praebentur, aut nimis stimulant, in comparatione nempe cum lacte nutritis antecedente, abusus porro anthelminticorum et purgantium, suppressio tam in dentitione saepe salutaris diarrhoeae, quam transpirationis cutis et exanthematum acutorum et chronicorum, vim suam exserunt: facile intelligitur, quomodo his causis, quae interdum etiam sine praedispositione ad inflammationem, per efficacitatem auctam in organo quodam data, ut experientia docet, inflammationem proferant, eo magis hic, ubi praedispositio illa adest, inflammatio necessario nascatur. Ut autem constitui possit, ex quo fiat, ut inflammatio ipsa intestini in certis casibus in dissolutionem transeat, multas adhuc observationes diligentissime institutas esse existimo.

Celeritas, qua morbus noster saepe incipit atque decurrit, officere non potest, quominus ille inflammatione oriatur, quoniam multae exstant observationes, probantes, inflammationem intestini exulcerativam maxima celeritate oriri esse et repente vitae finem imposuisse (121). Practe-

121) Andral, l. c., pag. 378.

rea observationes et experimenta pathologica, in animalibus viventibus (122) instituta, dissolutionem hanc, minimo temporis spatio, modo inflammatio vehementior fuerit, oriri posse, confirmant. Dimidia hora post, quam mercurii sublimati corrosivi grana nonnulla in ventriculo canis per siphonem inmissa erant, Brodie (123) magnam tunicae mucosae ejus dissolutionem reperit. Post nimiam autem sublimati dosim inflammationem ventriculi oriri, Orfila in libro suo de Toxicologia (124) confirmat.

Jam plurimi causam dissolutionis intestini proximam inflammationem esse putarunt; ut Henke (125), Massius et Schönlein, qui Erlangae therapiam docet, et morbum nostrum gastritidem infantilem in praedilectionibus suis nominat (126).

Cerebrum quoque et medullam spinalem post inflammationem in pulvere flavam, diffusentem, nullum odorem spargentem, Rustan (127) et Pinel (128) versa observarunt. In

122) eod. loc., pag. 362.

123) Andral, loc. cit. pag. 362.

124) Th. I, pag. 72. §. 64 et pag. 82. §. 65.

125) Handbuch zur Erkenntnis und Heilung der Kinderkrankheiten, Frankfurt 1821. Thl. II, p. 11.

126) Goedecke, d. dissolut. ventr. Berol. 1812, p. 22.

127) Leon Rustan, Unters. über die Erweichung des Gehirnes etc., übers. v. Fechner. Leipz. 1824.

128) Beobachtungen über die Entzündungen des Rückenmarks von Dr. Pinel. In Horns Archiv etc., Jahrgg. 1822; pag. 360.

hepate 129) et liene 130), renibusque 131) pari ratione dissolutiones se vidisse contendunt auctores. Tamesti his in dissolutionibus nulla parenchymatis degeneratio in massam gelatinosam aut mucosam cernitur, et, praesertim in posterioribus, quae supra nominata sunt, organis, simul substantiae defectus observatus est, ipsaque magis spongiosa. Hunterus 152) rem hanc per processum, ubi vasa resorbentia quam minimas partes parenchymatis sine purulentatione auferunt, explicare studet, nomen „interstitial absorption,” ei imponens.

---

129) Baillie, Anatomie des krankhaften Baues, a. d. Engl. mit Anmerkungen von Sömmerring. Berl. 1820, pag. 133.

130) eod. loc. pag. 158.

131) eod. loc. pag. 163.

132) Baillie, l. c., pag. 133.

THESES.

I.

Nulla supuratio, nisi ex inflammatione.

II.

Pulsus inconstans morborum signum.

III.

Graviditatis certa non exstant signa.

IV.

Vulneratio venarum periculosior, quam articularum.

---